

tur in desertum à Spiritu, ut tentaretur
à Diabolo.

V S V S.

1. Refutentur Eremitæ. **C H R I S T U S**
enim non temerario ausu confert se in
desertum, sed ducitur illuc à Spiritu S.

2. D E U S etiam permittit Satanæ,
ut tenter suos electos, verum bonis
omnia in bonum. Rom 8.

3. Christus ducitur in desertum, post
Baptismum, ut tentaretur à Diabolo, ad
indicandum, Christianis statim post Ba-
ptismum cum Satanā esse dimicandum. Eph : 6.
1. Pet : 5.

4. Quemadmodum Christus demum
post Baptismum, auditaq; voce Patris
cœlestis: *Hic est filius meus dilectus:*
ducebatur in desertum, ut tentaretur:
ita D E U S & nos non vult tentare ultra i. Cor : 10
vires. Exemplum in Petro. Joh : 21.

D E S E C U N D O.

*Cum Christus esuriret, accedebat tenta-
tor, dicens: Si filius DEI es, &c.*

Et hic fuit congressus primus.

V S V S.

1. Diabolus adhuc e gentibus conatur
persuadere, ipsos non esse Filios Dei: nos
autem respondeamus ex Psalmo. Paupe-
G 3 res &